Viuæ vocis oraculum

S. D. N. PAVLI PAPAE V.

Super receptione Nouitiorum ad Congregationem, & Ordinem Min. Conuen. Reformatorum.





MARCELLVS miseratione Diuina tt. SS. Quirici, & Iulitæ S. R. E. Presb. Card. LANTES nuncupatus Ord. Min. Conventualium Protector, Corrector, & Gubernator.



NOuerint vniuersi præsentes nostras literas inspecturi, quod hodierna infrascripta die in Palatio Apostolico Montis Quirinalis Sanctiss. in Christo Pater, & Dominus noster D. Paulus diuina Prouidentia Papa Quintus viuæ vocis oraculo nobis facto concessit, & indulsit, vt dilecti nobis in Christo Reuerendi Patres Custodes Minorū Conuentualium Reformatorum in Prouincijs Neapolis, & Siciliæ, nunc, & pro tempore existentes Christifideles, qui ætatem annorum sexdecim excedant, cupientes ingredi suam Religionem, & Congregationem, & admitti in Nouitios, & fratres eiusdem Cōgregationis, & Ordinis, quocumq; anni tempore extrà Capitula Generalia, vel Prouintialia iuxtà eorum consuetudinem hactenus obseruatam (petita tamen, & obtenta prius licentia à Ministro Generali ordinis Min. Conuent. & eo absente à Procuratore Generali eiusdem ordinis, vel à Prouintialibus dictorum Min. Conuent. administrationi Conuentuum, Domorum, & locorum in eisdem Prouintijs Præfectis, ac seruata forma Regulæ, & Constitutionum dictæ Congregationis) recipere, & admittere possint, & valeant. Hac tamen limitatione adiecta, vt pro Conuentibus; Domibus, & locis Regni Siciliæ sexdecim ad Clericatum idonei, & totidem Laici, & pro Conuentibus, Domibus, & locis Regni Neapolis duodecim pariter ad Clericatum idonei, & duodecim Laici, nec plures recipiant, ac ita numerus huiusmodi in Nouitiatibus cōseruetur, vt in locum eorum; qui antè editā professionem, vel discesserint, vel diem clauserint extremum, aut quacumq; ex causa defecerint, alij ad præfatum numerum adimplendum liberè recipi possint, & admitti. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præsentes per Secretarium nostrum fieri fecimus, & nostra manu subscriptis, sigilli nostri, quo in talibus vtimur, iussimus impressione muniri. Datum Romæ ex ædibus nostris die 12. Mensis Octobris Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi 1609. Pontificatus vero eiusdem Sanctiss. D. N. Pauli V. Anno Quinto.

M. Card. Lantes Protector.

Sanctus Orlandius Secretarius.

ROMAE, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ M D C I X.

Viuæ vocis oraculum

S. D. N. PAVLI PAPAE V.

Super receptione Nouitiorum ad Congregationem, & Ordinem Min. Conuen. Reformatorum.

MARCELLVS miseratione Diuina tt. SS. Quirici, & Iulitæ S. R. E. Presb. Card. LANTES nuncupatus Ord. Min. Conuentualium Protector, Corrector, & Gubernator.

NOuerint vniuersi præsentes nostras literas inspecturi, quod hodierna infrascripta die in Palatio Apostolico Montis Quirinalis Sanctiss. in Christo Pater, & Dominus noster D. Paulus diuina Prouidentia Papa Quintus viuæ vocis oraculo nobis facto concessit, & indulsit, vt dilecti nobis in Christo Reuerendi Patres Custodes Minorũ Conuentualium Reformatorum in Prouincijs Neapolis, & Siciliæ, nunc, & pro tempore existentes Christifideles, qui ætatem annorum sexdecim excedant, cupientes ingredi suam Religionem, & Congregationem, & admitti in Nouitios, & fratres eiusdem Cõgregationis, & Ordinis, quocumq; anni tempore extra Capitula Generalia, vel Prouincialia iuxta consuetudinem hactenus obseruatam (petita tamen, & obtenta prius licentia à Ministro Generali ordinis Min. Conuent. & eo absente à Procuratore Generali eiusdem ordinis, vel à Prouincialibus dictorum Min. Conuent. administrationi Conuentuum, Domorum, & locorum in eisdem Prouincijs Præfectis, ac seruata forma Regulæ, & Constitutionum dictæ Congregationis) recipere, & admittere possint, & valeant. Hac tamen limitatione adiecta, vt pro Conuentibus, Domibus, & locis Regni Siciliæ sexdecim ad Clericatum idonei, & totidem Laici, & pro Conuentibus, Domibus, & locis Regni Neapolis duodecim pariter ad Clericatum idonei, & duodecim Laici, nec plures recipiant, ac ita numerus huiusmodi in Nouitiatibus conseruetur, vt in locum eorum, qui antè editã professionem, vel discesserint, vel diem clauserint extremum, aut quacumq; ex causa defecerint, alij ad præfatum numerum adimplendum liberè recipi possint, & admitti. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præsentes per Secretarium nostrum fieri fecimus, & nostra manu subscriptis, sigilli nostri, quo in talibus vtimur, iussimus impressione muniri. Datum Romæ ex ædibus nostris die 12. Mensis Octobris Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi 1609. Pontificatus vero eiusdem Sanctiss. D. N. Pauli V. Anno Quinto.

M. Card. Lantes Protector.

Sanctus Orlandius Secretarius.

ROMAE, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ MDCIX.